

*Forma
specifica
requirit
propriam
materiā.*

*Anima
instru-
mentum
quod.*

*Spiritus
insitus
cum fri-
gore per-
durare*

ab eodem instrumento pro diversis
utentibus & dirigentibus diversa
fieri: tamen & hoc verum est, quam-
libet formam specificam requirere
οικείαν ὑλην; & nobiliorem formam
opus habere nobiliore domicilio,
nobilioribusq; instrumentis. Et ut
quilibet artifex pro suae artis operi-
bus parandis requirit peculiaria in-
strumenta, neq; faber ferrarius ea-
dem habeat cum lignario, neque
malleus pro ferra aut bipenni sub-
stitui potest: ita & in viventibus sese
res habet, & ut recte scribit Aristo-
teles, sicut animae nobilitate igno-
bilitateve differunt, ita & instru-
menta illa proxima, quibus anima
quaelibet utitur. Neque sola calidi-
tas est instrumentum animae: sed
totum illud corpus, quod calidi vel
spiritus insiti nomine venit, & non
solum calore, sed & aliis nobilio-
ribus qualitatibus instructum est.
Itaque licet concedant, animam
principalem esse agens, quae actio-
nes in corpore viventes gubernat
& determinat: tamen non satis
probatum putant, quod calidum
hoc seu spiritus hic sit elemen-
taris naturae; sed probabilius es-
se, sicut formae viventium elevan-
tur supra elementorum sortem;
ita & instrumentum hoc eorum
proximum & adaequatum elemen-
torum conditionem excellere.

Quod etiam ex eo patet, quod
calidum innatum suum domi-
nium, quod ad actiones edendas
requiritur, in corpore eo quoque

obtinere potest, in quo alias fri-
gus excellit. Imò videmus tempo-
re hyberno in plantis in frigore,
atque etiam in media glacie cali-
dum hoc innatum salvum atque
incolumem persistere. Quod pro-
cul dubio si elementare esset, fieri
non posset. Præterea videmus
in homine, in animalibus reli-
quis atq; in plantis mirandas totius
corporis, & peculiarium partium
cum aliis, sympathias & antipathias
atq; alias nobilissimas actiones, quæ
procul dubio à spiritu insito pro-
ficiscuntur; ab elementis tamen
nullo modo derivari possunt, quo-
rum scilicet potestatem longe ex-
cedunt.

Neque sufficere putant, ut quis
hæc omnia ab anima solum pro-
ficisci, neque ipsi calido, & spiri-
tui insito per se competere dicat.
Nam videmus etiam nobilissimas
& longe supra elementorum sor-
tem actiones plantarum, & partium
animalium, quæ etiam in emortuis,
& anima carentibus animadvertun-
tur: quales sunt vis purgandi, ve-
nenis resistendi, corpus veneno in-
ficiendi, partes peculiare afficien-
di, atque alia agendi: quæ omnia
à plantis fiunt, per spiritum insitum
& humidum radicale superstes;
quo etiam separato, reliqua cor-
poris moles planè inefficax reddi-
tur.

Atque hæc omnia adnuc mani-
festiora fieri docent, si originem hu-
jus insiti spiritus, calidique innati
per-

*Spiritus
& cali-
dum in-
natum
ex sua
natura
nobilio-
res quam
elemen-
ta edunt
actiones.*

*Origo
spiritus
insiti.*

per-